


**BOLETON****OFICIAL**

DEL

**OBISPADO DE LEÓN**

**SUMARIO.**—Santa Pastoral Visita.—Edicto del Provisorato.—Fallecimiento del Excmo. Sr. Arzobispo de Burgos.—Convocatoria para la Junta general del Montepío del Clero Legionense.—El Dia de la Prensa Católica: Indulgencia Plenaria.—Decreto de la Sag. Cong. Consistorial respecto a facultades concedidas a los Ordinarios.—Canones del Codex iuris canonici.—Suscripciones — Necrología.—Asociación de Sufragios.

## Santa Pastoral Visita

El día 6 a las cinco de la mañana salió con dirección a la estación de la Robla nuestro Ilmo. y Rvdmo. Señor Obispo para en el tren trasladarse a la de Guardo, y de aquí dirigirse al Arciprestazgo de San Román de Entrepeñas, con el fin de practicar, en las parroquias del mismo, la Santa Pastoral Visita, habiendo empezado por la de Villalba de Guardo, continuando felizmente en las restantes; una vez terminada la Santa Visita en este Arciprestazgo se trasladará al mismo fin al de Cervera.

Acompañan a S. S. Ilma. su Secretario de Visita

M. I. Sr. Lic. D. Miguel Alvarez Alonso, su Capellán-Mayordomo y el Rvdo. P. Capuchino Fr. Tadeo de Riaño.

Según nuestras noticias el Rvdmo. Prelado ha sido recibido en todas las parroquias visitadas con muestras de cariño y respeto, acercándose casi todos los fieles a recibir de sus manos la Sagrada Comunión.

---

## Provisorato y Vicaría general del Obispado

---

### EDICTO

---

Por el presente se cita, llama y emplaza a Isabel Vía García, vecina que fué de Soto de Valdeón y hoy ausente en ignorado paradero, para que en término de diez días, a contar desde la publicación de este Edicto en el BOLETIN OFICIAL DEL OBISPAZO, comparezca a prestar o negar el oportuno consejo a su hija Cirila González Vía para el matrimonio que tiene concertado con Santiago de Gonzalo, residente en Caldevilla, bajo apercibimiento de que transcurrido dicho plazo sin verificarlo, se procederá a lo que hubiere lugar en derecho.

Dado en León a doce de Junio de mil novecientos diez y ocho — Dr. Ricardo Canseco. — Por mandado de S. Sría., Licenciado Sabas M. Granizo.

---

## Fallecimiento del Excmo. Sr. Arzobispo de Burgos

### Dr. D. José Cadena y Eleta

El día 5 de los corrientes a las 10'45 de la mañana confortado con los Santos Sacramentos y la bendición Apostólica entregó su alma a Dios el Excmo. y Reverendísimo Sr. Dr. D. José Cadena y Eleta, Arzobispo de Burgos, después de larga y penosa enfermedad, sobrellevada con ejemplar resignación cristiana.

Había nacido el Excmo. Prelado en Pitillas (Navarra) el 20 de Marzo de 1855 y en 1880 recibió el sagrado orden del Presbiterado. Después de haber desempeñado con gran acierto los cargos de Provisor y Vicario general, canónigo y Rector del Seminario de Ávila, y más tarde nombrado Chantre, Provisor y Vicario general del Obispado de Madrid, en 8 de Abril de 1901 fué preconizado Obispo de Segovia y consagrado en Madrid el 7 de Julio siguiente, y el 9 de Abril de 1904 fué trasladado a la Sede de Vitoria, hasta que en 18 de Julio de 1918 fué elevado a este Arzobispado de Burgos.

De sus vastos conocimientos en materias canónicas y de su actividad y celo pastoral son testigos elocuentes las obras debidas a su pluma y los trabajos llevados a cabo en las Diócesis que con tanto acierto rigió.

Como Metropolitano que era de esta provincia ecle-

siástica, rogamos encarecidamente que encomiendan a Dios el alma del dignísimo Prelado, benemérito de la Iglesia y de la Patria, asociándonos al sentimiento y dolor de la atribulada familia y de la Archidiócesis de Burgos.

R. I. P.



## Montepío del Clero Legionense

### *Convocatoria a Junta General*

De conformidad con lo dispuesto en los artículos 91 y 94 del Reglamento, se convoca a los Sres. Delegados de Distrito e individuos de la Junta de Gobierno, a la general, que tendrá lugar, Dios mediante, el día 7 del próximo mes de Julio en el Palacio Episcopal, a las diez de la mañana.

Debiéndose renovar parte de la Junta de Gobierno, se suplica a todos los Delegados que asistan por sí, o por sus Subdelegados, debiendo éstos, en virtud de lo que previene el art. 92, presentar al constituirse la Junta, el documento que acredite la Subdelegación, extendido en papel simple.

León, 12 de Junio de 1918. — El Presidente, Doctor Celedonio Pereda.



# El “Día de la Prensa Católica”

## INDULGENCIA PLENARIA

Excmo. Sr. Obispo de León.

Mi querido Hermano y amigo: Tengo mucho gusto en enviarle el adjunto Breve, en el que Su Santidad Benedicto XV concede por diez años indulgencia plenaria a los católicos de toda España que celebren el 29 de Junio el «Día de la Prensa Católica», recibiendo la Sagrada Comunión y uniendo a la oración la limosna.

Esta nueva prueba de que Su Santidad Benedicto XV ve con singular agrado y bendice de todo corazón la Fiesta de la Prensa, contribuirá indudablemente a que ésta se perpetúe, consigiéndose el resultado feliz que todos deseamos.

Supuesta la conveniencia de que, como en los años anteriores, haya unidad de acción en la distribución de la colecta, y ya que la fórmula que propuse para el año 1916 fué tan bien recibida por todos y tan unánimemente ejecutada, me atrevo a proponer repetirla también este año sin alteración alguna, salvo siempre el mejor parecer o las circunstancias particulares de alguna Diócesis: dedicando, por tanto, como se hará en Sevilla, el 60 por 100 de la recaudación, cualquiera que ésta sea, a las publicaciones y obras de prensa de cada Diócesis (quedando el pormenor de la distribución a la voluntad del respectivo Prelado) y el 5 por 100 a fondo de reserva diocesano, para promover la fiesta en la propia diócesis el año pró-

ximo, y enviando a esta Junta Central como el año anterior, el 35 por 100 restante para que ella lo distribuya entre el Dinero de San Pedro (10 por 100), el Tesoro Nacional de la Buena Prensa (20 por 100) y el fondo de reserva nacional para promover la fiesta en toda España en 1919 (5 por 100).

Pidiendo a Dios que sus amados diocesanos aprovechen las gracias espirituales concedidas por Su Santidad y que celebren la Fiesta con el mayor provecho para su diócesis, se repite suyo affmo. amigo y Hermano,

q. b. s. m.,

*El Cardenal Arzobispo de Sevilla.*

12 de Junio de 1918.

---

## BENEDICTUS PP. XV

---

### AD FUTURAM REI MEMORIAM

---

Accediendo muy gustosamente al piadoso deseo que Nos ha manifestado nuestro querido hijo el Presbítero Cardenal de la Santa Romana Iglesia Enrique Almaraz y Santos, por gracia de la Sede Apostólica Arzobispo de Sevilla, haciendo uso de la misericordia de Dios Omnipotente y confiados en la autoridad de sus Santos Apóstoles Pedro y Pablo, habiendo oido al Cardenal Penitenciario Mayor, concedemos piadosamente en el Señor a todos y a cada uno de los fieles de España, de uno y otro

sexo, que cada año, el día 29 de Junio, fiesta de los Santos Apóstoles Pedro y Pablo, verdaderamente arrepentidos y confesados, y habiendo recibido la Sagrada Comunión se adhieran con la oración y la limosna a los piadosos actos que en dicho día se celebran con la aprobación de la autoridad eclesiástica, para fomentar la prensa católica, y que constituyen el *Día de la Prensa Católica*, indulgencia plenaria y remisión de todos sus pecados, la cual también piadosamente en el Señor, concedemos que pueda aplicarse en sufragio de los fieles difuntos del Purgatorio. Valgan las presentes solo por diez años.

Y queremos que a las copias de estas letras o ejemplares impresos, firmados por algún notario público y sellados con el de alguna persona constituida en dignidad eclesiástica, se preste la misma fe que se prestaría a las presentes exhibidas y manifestadas. Dado en Roma, junto a San Pedro, bajo el anillo del Pescador, el día 26 de Abril del año 1918, cuarto de Nuestro Pontificado.

Hay un sello rojo, el del Pescador, que dice así:

BENEDICTUS XV,

Pont. Max.

P. CARD. GASPARRI,  
Secretario de Estado.

Concuerda con el original.-Sevilla, 10 de Junio de 1918.

*Dr. Eugenio Almaraz y Santos,*  
Capellán Mayor-Secretario Arzobispal.

L. ✠ S.



# Sacra Congregatio Consistorialis

## DECRETUM

### Circa quasdam Ordinarii facultates

Proxima sacra Pentecostes die, novo ecclesiasticarum legum Codice vim obtinente, omnes locorum Ordinarii facultatibus quam pluribus ipso iure instruentur, quas antea ab Apostolica Sede postulare solebant et communibus indultis assequebantur. Sufficit enim consulere canonem 349 collatum cum 239 circa plura privilegia personalia, quibus Episcopi augentur, canonem 386 circa electionem examinatorum et judicium synodalium, 468 et 914 circa benedictionem papalem *in articulo mortis* et in maioribus anni solemnitatibus, 534 et 1532 circa alienationes, 806 circa sacri ierationem, 822 circa Missae celebrationem extra ecclesiam et oratorium, 1006 circa ordinationes extra tempora, 1043 et 1046 circa dispensationes ab impedimentis matrimonialibus, 1245 circa dispensationes ab abstinentia et iejunio, 1304 circa benedictionem sacrorum utensilium, quin de aliis multis hic mentio fiat, ut illico appareat Episcopos, vi Codicis; tanta munitos esse protestate ut, quoties Ecclesiae utilitas et animarum salus id requirat, communis legis rigorem temperare et iustas dispensationes largiri aequo oportuneque valeant.

Qua propter indulta qua hucusque, postulantibus Ordinariis ad hunc finem concedebantur, quaeque vel in Brevi dicto 25 annorum, vel in formulis typis impressis ad decennium, ad quinquennium aut etiam ad triennium valitatis continentur supervacanea evadere videntur; quin imo confusionem haud levem ingerere, eo quod a novis Canonici Iuris ordinationibus in pluribus discrepant,

Hisce itaque de causis, necnon ad discrimina in canonica disciplina tollenda maioremque unitatem in Ecclesia inducendam, Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, de consulto peculiaris coetus Emorum Patrum Cardinalium, hoc S. C. Consistorialis decreto ea quae sequuntur statuit et sanxit:

1) exceptis locis S. Congregationi de propaganda Fide subiectis, pro quibus suo tempore quae opportuna erunt decernentur, alibi, in universis scilicet dioecesibus iuri commune obnoxiiis, facultates omnes pro foro externo, Ordinariis concessae, quaeque in Formulis et Brevi superius recensitis continentur a die 18 maii huius anni cessabunt, neque amplius in usu esse poterunt;

2) in locis tamen remotioribus aliisque ad quae, sive praesentis belli causa, sive alia qualibet ratione, praesentis decreti notitia utili tempore non pervenerit, dispensationes et ordinationes vi veterum facultatum ab Ordinariis forte concessas Ssmus Dominus ratas habet firmo tamen ut ipsi ab acceptae notitiae die si res adhuc sit integra, huic decreto se conforment;

3) facultates pro foro interno a S. Poenitentiaria datae, aliaeque ratione praesentis belli concessae, at peculiaribus de causis ab Ordinariis obtentae, sub huius decreti dispositione non comprehenduntur, et ideo abolitae non sunt;

4) circa dispensationes matrimoniales, quamvis vi canum 1043 1045 Ordinarii oportunas dispensationes largire queant «urgente mortis periculo» et «quoties impedimentum detegatur cum iam omnia sint parata ad nuptias, nec matrimonium sine probabili gravis mali periculo differri possit», nihilominus Ssmus Dominus, attentis temporum et locorum adjunctis, haec ulterius indulgenda decrevit:

a) ut locorum Ordinarii in America, in Insulis Philippi.

nis, in Indiis Orientalibus, in Africa extra mediterranei maris oras et in Rusia, per quinquennium a die 18 maii huius anni, dispensare valeant ab impedimentis minoris gradus quae recensentur in can. 1042 servatis regulis in eo Codicis capite statutis: itemque ut matrimonia nulliter contracta, ob aliquod eiusdem minoris gradus impedimentum, in radice sanare queant. iuxta regulas in capite XI, tit. VII, lib. III Codicis *de convalidatione matrimonii* positas, monita parte impedimenti conscientia de sanationis effectu;

b) ut iidem locorum Ordinarii dispensare pariter per quinquennium valeant ab impedimentis maioris gradus, sive publicis sive occultis, etiam multiplicibus, iuris tamen ecclesiastici (exceptis impedimentis provenientibus ex sacro presbyteratus ordine et ex affinitate in linea recta consummato matrimonio), nec non ab impedimento impediente mixtae religionis, si petitio dispensationis ad S. Sedem missa sit et urgens necessitas dispensandi supervenerit, pendente recursu. Concedendo tamen hisce in casibus dispensationes, Ordinarius prae oculis semper habeat regulas statutas in Codice, lib. III, tit. VII, cap. 2, 3 et 4, circa impedimenta in genere et in specie, itemque clausulas apponis solitas in matrimoniiis cum hebraeis et mahumetanis; nec dispensationem concedat nisi caverit de plena earum omnium observantia iuxta sacrorum canonum praescriptiones, et iuribus S. Congregationis de disciplina Sacramentorum circa taxarum solutionem consulat.

c) ut Ordinarii Galliae, trium regnum Magnae Britanniae, Germaniae, Austriae et Poloniae durante bello, quoties aditus ad S. Sedem difficilis aut impossibilis saltem per mensem praevidentur, iisdem facultatibus uti possint, quae supra sub literis *a* et *b* recensentur.

Praesentibus valituris de mandato Ssmi contrariis qui-  
buslibe minime obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria S. C. Consistorialis, die 25  
aprilis 1918.

✠ C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

† V. Sardi, Archiep. Caesarien., *Adssessor.*

*Los canones de mayor interés general a que se refiere el Decreto precedente son los que a continuación publicamos para complemento y mayor aclaración del mismo Decreto y por las aplicaciones prácticas que de los mismos se derivan.*

### **Circa benedictionem papalem in articulo mortis**

*Can. 468. §. 1. Seduia cura et effussa caritate debet parochus aegrotos in sua paroecia, maxime vero morti proximos, adiuvare, eos sollicite Sacramentis reficiendo eorumque animas Deo commendando.*

*§ 2. Parocco aliive sacerdoti qui infirmis assistat, facultas est eis concedendi benedictionem apostolicam cum indulgentia plenaria in articulo mortis, secundum formam a probatis liturgicis libris traditam, quam benedictionem impertiri ne omittat.*

### **Circa alienationes**

*Can. 534. § 1. Firma praescripto can. 1531, si agatur de alienandis rebus pretiosis aliisve bonis quorum valor superet summam triginta millium francorum seu libellarum, vel de contrahendis debitibus et obligationibus ultra indicatam summam, contractus vi caret, nisi beneplacitum apostolicum antecesserit; secus, requiritur et sufficit licentia, in scriptis data, Superioris ad normam constitutionum cum consensu sui Capituli seu Consilii per sacra suffragia manifestato; sed si aga-*

ter de monialibus aut sororibus iuris dioecesani, accedat necesse est consensus, in scriptis praestitus, Ordinarii loci, necnon Superioris regularis, si monialium monasterium eidem subiectum sit.

§ 2. In precibus pro obtinendo consensu ad contrahenda debita vel obligationes, exprimi debent alia debita vel obligatores, quibus ipsa persona moralis, religio vel provincia vel domus, ad eum diem gravatur; secus obtenta venia invalida est.

*Canon 1532.* § 1, n.<sup>o</sup> 3 Legitimus Superior de quo in *canon 1530*, § 1, rúm. 3, est Sedes Apostolica si agatur:

1. De rebus pretiosis;
2. De rebus quae valorem excedunt triginta millium libellarum seu francorum.

§ 2. Si vero agatur de rebus quae valorem non excedunt mille libellarum seu francorum, est loci Ordinarius, auditio administrationis Consilio, nisi res minimi momenti sit, et cum eorum consensu quarum interest.

§ 3. Si denique de rebus quarum pretium continetur intra mille libellas et tringinta millia libellarum seu francorum, est loci Ordinarius, dummodo acceserit consensus tum Capituli Cathedralis, tum Consilii administrationis, tum eorum quarum interest.

§ 4. Si agatur de alienanda re divisibili, in petenda licentia aut consensu pro alienatione exprimi debent partes antea alienatae; secus licentia irrita est.

## Circa sacri iterationem

*Can. 806.* § 1 Excepto die Nativitatis Domini et die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, quibus facultas est ter offerendi Eucharisticum Sacrificium, non licet

sacerdoti plures in die celebrare Missas, nisi ex apostolico *indul-*  
*tuo aut potestate facta a loci Ordinario.*

§ 2. Hanc tamen facultatem impetriri nequit Ordinarius, nisi cum, prudenti ipsius iudicio, propter penuriam sacerdotum die festo de pracepto notabilis, fidelium pars Missae adstare non possit; non est autem in eius potestate plures quam duas Missas eidem sacerdoti permettere.

### **Circa Missae celebrationem extra ecclesiam et oratorium**

*Can.* 822. § 1. Missa celebranda est super altare consecratum et in ecclesia vel oratorio consecrato aut benedicto, ad normam iuris, salvo praescripto *can.* 1196.

§ 2. Privilegium *altaris portatilis* vel iure vel indulto Sedis tantum Apostolicae conceditur.

§ 3. Hoc privilegium ita intelligendum est, ut secumferat facultatem ubique celebrandi, honesto tamen ac decenti loco et super petram sacram, non autem in mari.

§ 4. Loci Ordinarius aut, si agatur de domo religionis exemptae, Superior maior, licentiam celebrandi extra ecclesiam et oratorium super petram sacram et decenti loco, numquam autem in cubiculo, concedere potest iusta tantum rationabili de causa, in aliquo extraordinario casu et per modum actus.

### **Circa dispensationes ab impedimentis matrimonialibus**

*Can.* 1043. Urgente mortis periculo, locorum Ordinarii, ad consulendum conscientiae et, si casus ferat, legimationi prolis, possunt tum super forma in matrimonii celebratione servanda, tum super omnibus et singulis impedimentis iuris

ecclesiastici, sive publicis sive occultis, etiam multiplicibus, exceptis impedimentis provenientibus ex sacro presbyteratus ordine et ex affinitate in linea recta, consummato matrimonio, dispensare proprios subditos ubique commorantes et omnes in proprio territorio actu degentes remoto scandalo, et si dispensatio concedatur super cultus disparitate aut mixta religione, praestitis consuetis cautionibus.

*Can. 1044* In eisdem rerum adiunctis de quibus in *can. 1043* et solum pro casibus in quibus nec loci quidem Ordinarius adiri possit eadem dispensandi facultate pollet tum parochus, tum sacerdos qui matrimonio, ad normam *can. 1098* n.<sup>o</sup> 2, assistit tum confessarius, sed hic pro foro interno in actu sacramentalis confessionis tantum.

*Can. 1045* § 1 Possunt Ordinarii locorum, sub clausulis in fine *can. 1043* statutis, dispensationem concedere super omnibus impedimentis de quibus in cit. *can. 1043* quoties impedimentum detegatur, cum iam omnia sunt parata ad nuptias, nec matrimonium sine probabili gravis mali periculo, differri possit usque dum a Sancta Sede dispensatio obtemperatur.

§ 2. Haec facultas valeat quoque pro convalidatione matrimonii iam contracti, si idem periculum sit in mora nec tempus suppetat recurrendi ad Sanctam Sedem.

§ 3. In iisdem rerum adiunctis, eadem facultate gaudent omnes de quibus in *can. 1044*, sed solum pro casibus occultis in quibus ne loci quidem Ordinarius adiri possit, vel non nisi cum periculo violationis secreti.

## Circa dispensationes ab abstinentia et jejunio

*Can. 1245.* § 1. Non solum Ordinarii locorum, sed

etiam porochi, in casibus singularibus iustaque de causa, possunt sujectos sibi singulos fideles singulasve familias, etiam extra territorium, atque in suo territorio etiam peregrinos, a lege communi de observantia festorum itemque de observantia abstinentiae et jejunii vel etiam utriusque dispensare.

§ 2. Ordinarii, ex causa peculiari magni populi concursus aut publicae valetudinis, possunt totam quoque dioecesim seu locum a iejunio et ab abstinentia vel etiam ab utraque simul lege dispensare.

§ 3. In religione clericale exempta eandem dispensandi potestatem habent Superiores ad modum parochi, quod attinet ad personas, de quibus in *can. 514, § 1.*

## Circa benedictionem sacrorum utensilium

*Can. 1304.* Benedictionem illius sacrae supellectilis quae ad normam legum liturgicarum benedici debet antequam ad usum sibi proprium adhibeatur, impertire possunt;

1.º S. R. E. Cardinales et Episcopi omnes;

2.º Locorum Ordinarii, charactere episcopali carentes, pro ecclesiis et oratoriis proprii territorii;

3.º Parochus pro ecclesiis et oratoriis in territorio suaे paroeciae positis, et rectores ecclesiarum pro suis ecclesiis;

4.º Sacerdotes a loci Ordinario delegati, intra fines delegationis et iurisdictionis delegantis;

5.º Superioris religiosi, et sacerdotes eiusdem religionis ab ipsis delegati, pro propriis ecclesiis et oratoriis ac pro ecclesiis monialium sibi subjectarum.



# Cáñones del “Codex Iuris Canonici,,

---

## TITULUS VII.

### *De matrimonio*

CAN. 1012.

§ 1. Christus Dominus ad sacramenti dignitatem evexit ipsum contractum matrimonialem inter baptizatos.

§ 2. Quare inter baptizatos nequit matrimonialis contractus validus consistere, quin sit eo ipso sacramentum.

CAN. 1013.

§ 1. Matrimonii finis primarius est procreatio atque educatio prolis; secundarius mutuum adiutorium et remedium concupiscentiae.

§ 2. Essentiales matrimonii proprietates sunt unitas ac indissolubilitas, quae in matrimonio christiano peculiarem obtinent firmitatem ratione sacramenti.

CAN. 1014.

Matrimonium gaudet favore iuris; quare in dubio standum est pro valore matrimonii, donec contrarium probetur, salvo praescripto can. 1127.

CAN. 1015.

§ 1. Matrimonium baptizatorum validum dicitur *ratum*, si nondum consummatione completum est; ra-

*tum et consummatum*, si inter coniuges locum habuerit coniugalis actus, ad quem natura sua ordinatur contractus matrimonialis et quo coniug's fiunt una caro.

§ 2. Celebrato matrimonio, si coniuges simul cohabitaverint, praesumitur consummatio, donec contrarium probetur.

§ 3. Matrimonium inter non baptizatos valide celebratum, dicitur *legitimum*.

§ 4. Matrimonium invalidum dicitur *putativum*, si in bona fide ab una saltem parte celebratum fuerit, donec utraque pars de eiusdem nullitate certa evadat.

CAN. 1016.

Baptizatorum matrimonium regitur iure non solum divino, sed etiam canonico, salva competentia civilis potestatis circa mere civiles eiusdem matrimonii effectus.

CAN. 1017.

§ 1. Matrimonii promissio sive unilateralis, sive bilateralis seu sponsalitia, irrita est pro utroque foro, nisi facta fuerit per scripturam subsignatam a partibus et vel a parocho aut loci Ordinario, vel a duobus saltem testibus.

§ 2. Si utraque vel alterutra pars scribere nesciat vel nequeat, ad validitatem id in ipsa scriptura adnotetur et aliis testis addatur qui cum parocho aut loci Ordinario, vel duobus testibus, de quibus in § 1, scripturam subsignet.

§ 3. At ex matrimonii promissione, licet valida sit nec ulla iusta causa ab eadem implenda excuset, non datur actio ad petendam matrimonii celebrationem; datur tamen ad reparationem damnorum, si quae debetur.

CAN. 1018.

Parochus ne omittat populum prudenter erudire de matrimonii sacramento eiusque impedimentis

Caput I

*De iis quae matrimonii celebrantioni praemitti debent et praesertim de publicationibus matrimonialibus.*

CAN. 1019.

§ 1. Antequam matrimonium celebretur, constare debet nihil eius validae ac licitae celebrationi obsistere.

§ 2. In periculo mortis, si aliae probationes haberi nequeant, sufficit, nisi contraria adsint indicia, affirmatio iurata contrahentium, se baptizatos fuisse et nullo detineri impedimento.

CAN. 1020.

§ 1. Parochus cui ius est assistendi matrimonio, opportuno antea tempore, diligenter investiget num matrimonio contrahendo aliquid obstet.

§ 2. Tum sponsum tum sponsam etiam seorsum et caute interroget num aliquo detineantur impedimento, an consensum libere, praesertim mulier, praestent, et an in doctrina christiana sufficienter instructi sint, nisi ob personarum qualitatem haec ultima interrogatio ilutus appareat.

§ 3. Ordinarii loci est peculiares normas pro huiusmodi parochi investigatione dare.

CAN. 1021.

§ 1. Nisi baptismus collatus fuerit in ipso suo territorio, parochus exigat baptismi testimonium ab utraque parte, vel a parte tantum catholica, si agatur de matrimonio contrahendo cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus.

§ 2. Catholici qui sacramentum confirmationis nondum receperunt, illud, antequam ad matrimonium admittantur, recipient, si id possint sine gravi incommodo.

CAN. 1022.

Publice a parocho denuntietur inter quosnam matrimonium sit contrahendum.

CAN. 1023.

§ 1. Matrimoniorum publicationes fieri debent a parocho proprio.

§ 2. Si pars alio in loco per sex menses commorata sit post adeptam pubertatem, parochus rem exponat Ordinario, qui pro sua prudentia vel publicationes inibi faciendas exigat, vel alias probationes seu coniecturas super status libertate colligendas praescribat.

§ 3. Si aliqua sit suspicio de contracto impedimento, parochus etiam pro breviore commemoratione consulat Ordinarium, qui matrimonium ne permittat, nisi prius suspicio, ad normam § 2, removeatur.

CAN. 1024.

Publicationes fiant tribus continuis diebus dominicis aliisque festis de praecepto in ecclesia inter Missarum sollemnia, aut inter alia divina officia ad quae populus frequens accedat

CAN. 1025.

Potest loci Ordinarius pro suo territorio publicationibus substituere publican, ad valvas ecclesiae paroecialis, aliasve ecclesiae, affixionem nominum contrahentium per spatium saltem octo dierum, ita tamen ut, hoc spatio, duo dies festi de praecepto comprehendantur.

CAN. 1026.

Publicationes ne fiant pro matrimoniis quae contrahuntur cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus aut mixtae religionis, nisi loci Ordinarius pro sua prudentia, remoto scandalo, eas permittere opportunum duxerit, dummodo apostolica dispensatio praecesserit et mentio omittatur religionis partis non catholicae.

CAN. 1027.

Omnis filius tenetur impedimenta, si qua norint, parocho aut loci Ordinario, ante matrimonii celebrationem, revelare.

CAN. 1028.

§ 1. Loci Ordinarius proprius pro suo prudenti iudicio potest ex legitima causa a publicationibus etiam in aliena dioecesi faciendis dispensare.

§ 2. Si plures sint Ordinarii proprii, ille ius habet dispensandi, in cuius dioecesi matrimonium celebratur; quod si matrimonium extra proprias ineatur dioeceses, quilibet Ordinarius proprius dispensare potest.

CAN. 1029.

Si aliis parochus investigationem aut publicationes peregerit, de harum exitu statim per authenticum documentum certiore reddat parochum, qui matrimonio assistere debet.

CAN. 1030.

§ 1. Peractis investigationibus et publicationibus parochus matrimonio ne assistat, antequam omnia documenta necessaria receperit, et praeterea, nisi rationabilis causa aliud postulet, tres dies decurrerint ab ultima publicatione.

§ 2. Si intra sex menses matrimonium contractum non fuerit, publicationes repetantur, nisi aliud loci Ordinario videatur.

CAN. 1031.

§ 1 Exorto dubio de exsistentia alicuius impedimenti:

1.º Parochus rem accuratius investiget, interrogando sub iuramento duos saltem testes fide dignos, dummodo ne agatur de impedimento ex cuius notitia infamia partibus oriatur, et, si necesse fuerit, ipsas quoque partes;

2.º Publicationes peragat vel perficiat, si dubium ortum sit ante inceptas vel expletas publicationes;

3.º Matrimonio ne assistat, inconsulto Ordinario, si dubium adhuc superesse prudenter iudicaverit.

§ 2. Detecto impedimento certo:

1.º Si impedimentum sit occultum, parochus publicationes peragat vel absolvat, et rem deferat, reticens nomina, ad loci Ordinarium vel ad Sacram Poenitentiariam;

2.º Si sit publicum et detegatur ante inceptas publicationes, parochus ulterius ne procedat, donec impedimentum removeatur, etsi dispensationem pro foro conscientiae tantum obtentam norit; si detegatur post primam aut secundam publicationem, parochus publicationes perficiat, et rem ad Ordinarium deferat.

§ 3. Demum si nullum detectum fuerit impedimentum, nec dubium nec certum, parochus, expletis publicationibus, ad matrimonii celebrationem partes admittat.

CAN. 1032

Matrimonio vagorum de quibus in can. 91, parochus, excepto casu necessitatis, nunquam assistat, nisi re ad loci Ordinarium vel ad sacerdotem ab eo delegatum delata, licentiam assistendi obtainuerit.

CAN. 1033.

Ne omittat parochus, secundum diversam personarum conditionem, sponsos docere sanctitatem sacra-

menti matrimonii, mutuas coniugum obligationes et obligationes parentum erga prolem; eosdemque vehementer adhortetur ut ante matrimonii celebrationem sua peccata diligenter confiteantur, et sanctissimam Eucharistiam pie recipient.

CAN. 1034.

Parochus graviter filiosfamilias minores hortetur ne nuptias ineant, insciis aut rationabiliter invitis parentibus; quod si abnuerint, eorum matrimonio ne assistat, nisi consulto prius loci Ordinario.

Caput II

*De impedimentis in genere.*

CAN. 1035.

Omnes possunt matrimonium contrahere, qui iure non prohibentur.

CAN. 1036.

§ 1. Impedimentum *impediens* continet gravem prohibitionem contrahendi matrimonium; quod tamem irritum non redditur si, non obstante impedimento, contrahatur.

§ 2. Impedimentum *dirimens* et graviter prohibet matrimonium contrahendum, et impedit quominus valide contrahatur.

§ 3. Quamquam impedimentum ex una tantum parte se habet, matrimonium tamen reddit aut illicitum aut invalidum.

CAN. 1037.

Publicum censetur impedimentum quod probari in foro externo potest; secus est occultum.

CAN. 1038.

§ 1. Supræmae tantum auctoritatis ecclesiasticae est authentice declarare quandonam ius divinum matrimonium impedit vel dirimat.

§ 2. Eidem supræmae auctoritati privative ius est alia impedimenta matrimonium impedientia vel dirimentia pro baptizatis constituendi per modum legis sive universalis sive particularis.

CAN. 1039.

§ 1. Ordinarii locorum omnibus in suo territorio actu commemorantibus et suis subditis etiam extra fines sui territorii vetare possunt matrimonia in casu peculiari, sed ad tempus tantum, iusta de causa eaque perdurante.

§ 2. Veto clausulam irritantem una Sede Apostolica addere potest.

CAN. 1040.

Praeter Romanum Pontificem, nemo potest impedimenta iuris ecclesiastici sive impedientia sivi dirimentia abrogare, aut illis derogare; item nec in eisdem dispensare, nisi iure communi vel speciali indulto a Sede Apostolica haec potestas concessa fuerit.

CAN. 1041.

Consuetudo novum impedimentum inducens aut impedimentis existentibus contraria reprobatur.

CAN. 1042

§ 1. Impedimenta alia sunt *gradus minoris*, alia *majoris*.

§ 2. Impedimenta gradus minoris suunt:

1° Consanguinitas in tertio gradu lineaæ collateralis;

- 2.<sup>o</sup> Affinitas in secundo gradu lineaæ collateralis;
  - 3.<sup>o</sup> Publica honestas in secundo gradu;
  - 4<sup>o</sup> Cognatio spiritualis;
  - 5.<sup>o</sup> Crimen ex adulterio cum promissione vel attentatione matrimonii etiam per civilem tantum actum.
- § 3. Impedimenta maioris gradus alia sunt omnia

CAN. 1043.

Urgente mortis periculo, locorum Ordinarii, ad consulendum conscientiae et, si casus ferat, legitimatiōni proliis, possunt tum super forma in matrimonii celebrationē servanda, tum super omnibus et singulis impedimentis iuris ecclesiastici, sive publici sive occultis, etiam multiplicibus, exceptis impedimentis provenientibus ex sacro presbyteratus ordine et ex affinitate in linea recta, consummato matrimonio, dispensare proprios subditos ubique commorantes et omnes in proprio territorio actu degentes, remoto scandalo, et, si dispensatio concedatur super cultus disparitate aut mixta religione, praestitis consuetis cautionibus.

CAN. 1044.

In eisdem rerum adiunctis de quibus in can. 1043 et solum pro casibus in quibus ne loci quidem Ordinarius adiri possit, eadem dispensandi facultate pollet tum parochus, tum sacerdos qui matrimonio, ad normam can. 1098, n. 2, assistit, tum confessarius, sed hic pro foro interno in actu sacramentalis confessionis tantum.

CAN. 1045.

§ 1. Possunt Ordinarii locorum, sub clausulis in fine can. 1043 statutis, dispensationem concedere super omnibus impedimentis de quibus in cit. can. 1043, quoties impedimentum detegatur, cum iam omnia sunt

parata ad nuptias, nec matrimonium, sine probabili gravis mali periculo, differri possit usque dum a Sancta Sede dispensatio obtineatur.

§ 2. Haec facultas valeat quoque pro convalidatione matrimonii iam contracti, si idem periculum sit in mora nec tempus suppetat recurrendi ad Sanctam Sedem.

§ 3. In iisdem rerum adiunctis, eadem facultate gaudeant omnes de quibus in can. 1044, sed solum pro casibus occultis in quibus ne loci quidem Ordinarius adiri possit, vel nonnisi cum periculo violationis secreti.

CAN. 1046

Parochus aut sacerdos de quo in can. 1044, de concessa dispensatione pro foro externo Ordinarium loci statim certiore faciat; eaque adnotetur in libro matrimoniorum.

CAN. 1047

Nisi aliud ferat S. Penitentiariae rescriptum dispensatio in foro interno non sacramentali concessa super impedimento occulto, adnotetur in libro diligenter in secreto Curiae archivio de quo in can. 379 asservando, nec alia dispensatio pro foro externo est necessaria, etsi postea occultum impedimentum publicum evaserit; sed est necessaria, si dispensatio concessa fuerat tantum in foro interno sacramentali.

CAN. 1048

Si petitio dispensationis ad Sanctam Sedem missa sit, Ordinarii locorum suis facultatibus, si quas habeant, ne utantur, nisi ad normam can. 204, § 2.

---

## Suscripciones abiertas en el Obispado de León

### Para el dinero de San Pedro

	PTAS	CTS.
El Párroco de Villaluenga.....	2	50
Una feligresa de Villahibiera.....	2	40
El Ecónomo de Vecilla de Valderaduey.....	2	30
El Párroco de San Miguel del Camino. ....	2	25
D. <sup>a</sup> Paula Moro, feligresa de S. Martín (León)	5	00
El Párroco de Ambasaguas..... .	5	00
De Espinosa de Almanza..... .	2	25
De Cabrera de Almanza .....	5	00
El Párroco de idem.. . . . .	2	00
De Santas Martas..... . . . .	11	00
De La Aldea del Puente..... . . . .	3	50
De San Bartolomé de Rueda .....	2	50
El Párroco y fieles de Tapioles..... . . .	14	00
El Párroco de Villanueva de Muñeca.....	2	00
El Párroco de Villalba de Guardo..... . . .	2	00

### Para los Santos Lugares de Jerusalén

De Pedrosa..... . . . . .	1	50
De Carbajal de Valderaduey..... . . . .	7	60
De Villacintor..... . . . . .	8	15
De Santa María del Monte de Cea. . . . .	5	00
De San Román de la Cuba..... . . . . .	6	50
De San Román de los Oteros..... . . . . .	3	00

De Valverde Enrique.....	2	00
De Navatejera .....	5	00
De Abelgas.....	3	55
De Palanquinos.....	4	85
De Vecilla de Valderaduey.....	5	00
De Itero Seco... ....	9	35
De Santa Marina de León y su filial San Lorenzo.....	13	00

*Para las Misiones de África*

De San Miguel del Camino.....	1	00
De Santas Martas.....	10	50
De Palazuelo de Vedija.....	3	25
De Valle de Mansilla. ....	8	50
El Vicario de Lillo .....	2	00
Párroco y fieles de Velilla de la Reina.....	11	10
El Párroco de Genicera.....	1	50

*(Se continuará).*

---

**NECROLOGIA**

N.º 10

El día 5 del presente mes, falleció en la paz del Señor, habiendo recibido los Santos Sacramentos y la Bendición Apostólica, el ejemplar Sacerdote D. Francisco Prieto Rodríguez, Párroco de Villanuño y Capellán de las Religiosas Descalzas de esta Ciudad, a los 73 años de edad y 30 de ministerio sacerdotal.

Núm. 11

El día 13 del actual falleció en la paz del Señor habiendo recibido los Santos Sacramentos y la bendición apostólica el Rvdo. Párroco de Córcoles D Rafael Rodríguez Rojo, á los 63 años de edad y 30 de ministerio sacerdotal.

R. I. P.

Pertenecían a la Asociación de Sufragios de esta Diócesis y tenían aplicadas las Misas, por lo que todos los asociados aplicarán en sufragio de sus almas la dispuesta por el Reglamento.

El Iltmo. y Rvdmo. Sr. Obispo ha concedido cincuenta días de indulgencia a todos los que en sufragio de sus almas elevaren a Dios alguna oración o hicieren algún acto de penitencia.



---

**Asociación de Sufragios Mútuos del Clero  
de la Diócesis**

Han manifestado que desean pertenecer a la Asociación e ingresan en ella:

N.<sup>º</sup> 1588.—Ruiz Acero D. Víctor, con obligación de aplicar diez misas.

N.<sup>º</sup> 1589.—Pertejo Alonso D. Leopoldo, con obligación de aplicar diez misas.

León 13 de Junio de 1918.

Lic. Felipe García Álvarez,  
PRO.—SECRETARIO.